¶Sermo in mamareth ♃ super planetas.




¶Et cum fuerit ♃ transiens sup
♂ significat illud mortẽ cadere
in maiorem partez inimicorum
romanorum:⁊ mortez luporum
⁊ vermium nocibilium: ⁊ mortẽ
auium aquaticarum cum mult[is]
nubibus ⁊ pluuijs ⁊ aquis.¶Cũ
fuerit trãsiens super ☉ significat
equalitatem vel temperantiam
aeris.¶Cũ fuerit transiens sup
♀ significat illud apparentiam
regis babilonie super inimicos
suos:⁊ erit annus p̄sper: ⁊ cadet
mors in oues ⁊ boues ⁊ ĩ plures
pisces : ⁊ q̃d subtiliatur ex auib[us]
sicut passeres et his similia cum
multo aduentu terremotuũ ⁊ paucitate pluuiaruz.¶Cum fuerit transiens
super ☿ significat illud regem romanoꝝ facere exercitum contra inimicos
suos ⁊ eum vincere eos:⁊ multiplicabũtur vaticinatores ⁊ experimentores
cum vehementia frigoris destruentis : ⁊ superfluitate pluuiarum : et aug-
mento messium ⁊ bono esse earum.¶Cum fuerit transiens super ☽ signifi-
cat multas humiditates ⁊ superfluitatem aquarum.

¶Sermo in mamareth planetarum super ♃.

¶Et cum fueri ♂ transiens super ♃ significat illud multam captiuitatem
in pluribus climatibus:⁊ mortem cadere in oues:⁊ paucitatez pluuiarum:
et vehementiam frigoris in tempore ei conuenienti cum paucitate aquarũ
⁊ fluminum.¶Cum fuerit ☉ transiens super eum significat illud magnitu-
dinem regis babilonie cum humiditate orientis.¶Cnm fuerit ♀ transiẽs
super eum significat illud q̄ in babilonia erit pestilentia: ⁊ regez romanoꝝ
interficere magnates suos:⁊ casum remanentium ex eis:⁊ multam mortez
in ouibus cum paucitate pluuiarũ in tempore conuenienti ei:et paucitatez
annone ⁊ proprie in nigris.¶Cum fuerit ☿ transiens super eum significat
illud bella que aduenient regi babilonie:⁊ descensum regis romanorum a
sede sua:⁊ reuolutionem regis arin a regno suo: ⁊ inimicos eius facere in-
sultum in eum:et paucitatem defendentium eum : et cadere scandalum in
plures regiones cum multis bubonibus: ⁊ mortem boum ⁊ ouium cum su-
perfluitate pluuiarum:et vehementia frigoris destruentis in tempore con-
uenienti ei cum niuibus ⁊ terremotibus ⁊ fluminibus ⁊ precipue in persia.
¶Cum fuerit ☽ transiens super eum significat illud multas humiditates ⁊
aquas.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-360/0198
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG